



1592

31

DISPUTATIONIS IV.  
THESES  
DE  
FERIIS, DILATIONI-  
BVS, ET EDENDO:

Quas cælesti favore & præside  
*CL. ET IVRISCONSULTISSIMO*  
VIRO DN. IVLIO PACIO, I.V.D.  
PRORECTOR *Magnifico, &*  
*in Academia Heidelbergensi*  
*Professore publico primario,*

Intra privatos parietes defen-  
dere conabitur

*M. BALTHASAR KISEVETTER*  
JUNIOR, SERBESTANUS.

Ad xx. diem Maij, Ann. 92.



HEIDELBERGÆ,  
Typis Abrahami Smesmanni.  
cic. Ic. xcii.



AMPLISSIMO ET PRUDEN-  
TISSIMO SENATVI SERBESTA-  
NO, DOMINIS CONSVLIB. AC SE-  
NATORIBVS, DN. AC PATRONIS  
SVIS SVMMA OBSERVAN-  
TIA COLENDIS,  
HASCE THESES DEDICAT  
GRATITVDINIS ERGO

*M. BALTHASAR KISEWETTER I.*  
ESTER ALVMNVS.





DISPUTATIO QUARTA  
DE FERIIS, DILATIONI-  
BUS, ET EDENDO.

THEISIS PRIMA.

FERIÆ sunt dies quieti à litibus vel vacationes à forensibus negotijs <sup>a</sup>.

<sup>a</sup> l.pl.C.eod.

II.

Dividuntur in solennes seu ordinarias & in repen-  
tinas seu extraordinarias <sup>b</sup>: quarum certæ non sunt  
species, sed ex causis variis variè & arbitratu indicen-  
tis distinguntur.

<sup>b</sup> l.3. §. si feriae. C.de dilat. VVesemb. h.t. n.3. Azo.. in summat. de  
feriis n.2.

<sup>c</sup> l. sed et si 24. §. si feriae ex quibus causis maior.

III.

Solennes rursus subdividuntur in sacras & neces-  
farias: illæ divini cultus <sup>d</sup>, hæ autumnalium fructuum  
colligendorum causa sunt institutæ & concessæ <sup>e</sup>. Re-  
pentinæ, quibus ob remp. bene maléve gestam, ad-  
ventum, inaugurationem, nuptias principis, à cau-  
sis forensibus cessatur.

<sup>d</sup> l.2.3.6.7.8. & ult. C.de dilat. <sup>e</sup> l.5.7. C.eod. l.4. h.t.

f l.1.4. C.eod. Speculator eod. dicto §. si feriae VVesemb. n.3 h.t.

IV.

Constituebantur autem olim feriae à Magistrati-  
bus majoribus nempc Dictatore, Consule, Prætore,  
Præside <sup>g</sup>: hodie verò à Principe indicuntur <sup>h</sup>: quem-

A ij libet

libet tamen judicem ferias à Principe vel lege indi-  
etas & definitas pro ratione temporis ususq; oportu-  
nitate, moderari posse, in aperto est i.

g d.l.sed et si 26.l.si in aliquam de off. Procu. l.5.9.C.eod. l.præsi-  
des h.t.VVesemb.h.t.nu.4. h gl. & DD. in d.l. 4. & d.l.  
præsides ubi Barth. & Ias. arg.l.4.C.eod. i gl. & DD. in  
d.l.4.C.eod. & d.l.præsides h.t.Spec.deferiis §.1.n.4.

V.

Hisce diebus omnes cessant actus, tam publici  
quam privati k, si modò contensiosæ fuerint jurisdi-  
ctionis: nam quæ sunt voluntariæ: etiam in feriis re-  
ctè celebrantur l.

k l.actus 8.C.b.t. l d.l.actus VVesemb.n.5.h.t.

VI.

Simili modo quæ expediri, nec differri reip.inter-  
est m, & quæ ad ipsarum feriarum defensionem n aut  
annonam publicam pertinent o omni tempore rectè  
peraguntur.

m l.pen.C.eod. n l.5.h.t.VVesemb.n.5.h.t. o l.5.C.eod.

VII.

Hoc loco non incommodè agitari potest illa quæ-  
stio: an citatio die feriato facta valeat? cuius in feriis  
sacris p & repentinis q, negativam: in rusticis verò af-  
firmativam tuebimur r.

p text.expressus in l.diesfin.C.eod. q arg.l.1.7.Cod.eod.

r arg.l.1.b.t.Geyl.lib.1.Obsr.53.n.1.

VIII.

An verò feriis partes renunciare queant, ita ut  
actus celebratus sit validus, etiam controvertitur? &  
fortius est, sacris & repentinis non posse, adeo ut pro-  
cessus illis diebus factus etiam de consensu partium  
annuletur s rusticis autem feriis rectè renunciari  
posse minimè ambigimus t.

f d.l.

**f** d.l.i. & l.siferiatis 6.ff.h.t. Maranth. par. 4. de act. editis n. 83.

84. cum seqq. distinct. 16.

**t** d.l.i. Et tantum de fériis, sequitur de dilationibus.

I X.

Dilationes autem propriè nihil aliud sunt quàm assignatio certæ diei seu termini, quo causam tractari oportet, cum justo temporis intervallo factæ u.

u VVesemb.h.t.n.9.

X.

Eæ non inconcinnè dividuntur in peremptorias & dilatorias, judiciales & extrajudiciales, legales & cōventionales *vv* judiciales vicissim subdividuntur *x* in Citatorias, Deliberatorias, Probatorias & similes.

*vv* VVesemb.hic n.11. *x* vide Speculat.de dilat. §.1.

X I.

Causa dilationum efficiens est, quòd dantur aut à lege *y*, aut à judice *z*, aut consuetudine seu statuto *a*, aut partium conventione *b*. Causa *ωεγναταρικηνη* est petitio partis *c* quanquam interdum etiam proprio motu & arbitrio terminum judex præstituat aut pro-roget *d*.

*y* l.i. 4. de re iud. tt. ff. & C. de tem. appell. *z* Spec. de dilat. §. se-quitur in fine. *a* Barth. in l. si arrogator de adopt.

*b* c. pastoralis 27. §. cum autem de off. deleg. l. de die 8. qui satis dare cog. *c* c. cum causam de appell.

*d* Spec. de dilat. §. 2. n. 6.

X II.

Materia sunt omnes causæ tam civiles quam criminales *e*, etiamsi crimen sit notorium *f*: sed in civilibus quandoque ex magna causa nova datur dilatio *g* ob legitimum sc. impedimentum *h* quod de tempore litis contestatæ est intelligendum. Nam ante eam reo triplex ex lege est concessus terminus *i*.

*e* l.fin.h.t. *f* gl. in l. lctus C. de his qui not. infam. l. cum reis 8.

A ij l.fin.

*l.fin.C.depæn.* *g Spec.eod.S.nunc videndum n. 3.*  
*h l.oratione h.t.Ias. & DD.in d.l fin. Maranta de dil. n. 6.7.8.9.*  
*cum seqq. i l.ad peremtorium cum seq. de iud.*

XIII.

Illud in genere tenendum, materiam dilationum  
esse amputandam *k*, præsertim in causis summaris *l*:  
quia cursim lites expediri, publicè interest *m*.

*k l.2.C.de temp.appel.* *l Clem. sæpe de V. S.*

*m l.properandum C. de iud.l. quidam si cert.pet.Clem.dispendio-*  
*sam de iud.*

XIV.

Forma dilationum est, ut dentur parte citata *n* &  
cum quadam summaria caussæ cognitione *o* utque  
spatium à lege concessum judex sequatur aut exten-  
dat, non etiam facile minuat *p*: in termini etiam assig-  
natione exprimere judex debet, quid in termino agi  
oporteat *q*.

*n Spec. dedilat. S. 2. n.1.* *o l. à procedente C. eodem Spec. S.*  
*ult. n. 20.* *p DD.in l.1.C.eod.Mar.de dila. n. 25. Spec. S.*  
*origo ult. n. 13.* *q Spec. de dila. S. ult. in fine.*

XV.

Quia etiam dilationes in hunc finem sunt conces-  
sa, ut litigatores idoneum habeant spatium sese ad  
judicium præparandi & instruendi *r*, communes ex  
utriusque parti erunt *s*. Ac dilatione pendente excusa-  
bitur à pœna & mora, nihilque erit innovandum *t*,  
& cùm eius terminus venerit, vim habebit sententia  
interlocutoriæ *u*.

*r l.1.in verbis spatiū instructionis.* *s l. perendæ in fin. C. de*  
*temp. in integr. restitut.* *t l.3.Cod.eod.*

*u l. qualem 20. de recept. arbi.*

XVI.

Hæc etiam de dilationibus, nunc ordo requirit ut  
de edendo dispicamus. Quia verò potissimum &

pri-



8.9.  
im  
st:  
lio-  
&  
ue  
en-  
ig-  
gi  
.s.  
.s.  
359  
om  
ef-  
ad  
ex-  
fa-  
,  
iax  
de  
ut  
&  
ri-  
primo loco libellus in judicio editur *w*, non alienum erit quædam de libellorum materia præmittere.

*w l.properandum C.de iud. l.quidam si cert. pet.*

### XVII.

Libellus diminitivū à libro est: unde charta olim conficiebatur ac in genere omnem significat x scripturam figuratè materia pro re quæ ea continetur, sumta. Propriè autem hac in materia libellus pro scriptura, quæ actionem continet, accipitur.

*x Spec.de dilat. §.2. n.1.*

*y l.aprocedente C.eod.Spec. §.ult.n.20.*

### XVIII.

Eius partes numerantur tres. 1. Major proposi-  
tio, quæ justam ex jure petitionis causam ostendit.  
2. narratio seu minor, qua infertur in proposita spe-  
cie facti, eam justam petitionis causam subesse. 3. pe-  
titio seu conclusio quæ utramque propositionē con-  
jungit, & minorem majori includit *z*. Est igitur li-  
bellus, quidam q. Syllogismus practicus & judicialis.  
Speculator a paulò aliter partes eas recitat.

*z Vide Iason. Zaf. & alios in pr. Inst. de act. & Barth. in l.si prius  
de nov. op. nunc. a. de lib.concep. §.quid libellus n.3.*

### XIX.

Species libellorum usitatè duæ ponuntur: alter est libellus conventionalis sive civilis à conveniendo di-  
*a*tus *b*, aliter criminalis *c*. Propria libelli sunt, esse ro-  
tundum, dilucidum concludentem, non obscurum,  
non incertum, neque generalem aut alternativum *d*.

*b Cap.fin.ext.de lib.obla.gl.in c.1.eod.t.*

*c l.libellorum s.de accusat.Spec.de lib.obl.in d.c.1.*

*d Spec.de lib.concep. §.ult.*

### XX.

Causa efficiens est lex, quæ libellum offerri dispe-

nite:

nite: offerri autem jubet principaliter judici & competenti: quia huius officium super petitione imploratur, deinde etiam parti adversari.

e auth. offeratur C. de lib. obla. f c. i. de lib. obla. Spec. S. restat in pr. eod. ti. g Spec. eod. t. S. nunc videamus in fin.  
h l. 4. C. depos. i d. auth. offeratur l. i. in pr. h. t.

X X I.

Quod ad materiam attinet in omnibus causis offendendus est libellus de quibus constituitur judicium, & inter duos lis est k: tam civilibus quam criminalibus & tam petitoriis m, quam possessoriis n: non tamē semper in causis summarisi o puta executionibus p: in his enim qualiscunque petitio etiam sine scriptura sufficit quemadmodum & cum per modum inquisitionis proceditur q, aut judicis officium extra ordinem imploratur r.

k Spec. de lib. concep. §. nunc dicendum per c. licet de Simon.  
l d. l. libellorum de accusat. m l. si in rem 6. de rei vendicat.  
n Spec. præal. loc. n. 2. S. fin. Inst. de interd. o Clem sæpe verb. libellum non exigat ubi gl. de V. S. p Spec. præal. loc. n. 17.  
q l. 4. ubi gl. ad verb. continua C. de Apost. c. cum olim de testibus.  
r Spec. præal. loc. n. 7.

X X II.

Forma libelli etsi maximè juxta stylum & consuetudinem cuiusque curiæ est concipienda s: tamen ubi nulla specialis extat consuetudo, scripto complectenda est t: ea ratione, ut hæc quinque subsequentibus versiculis comprehensa contineat.

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo,  
Rectè compositus quisque libellus habet u.

f Spec. eod. t. S. nunc dicendum n. 3. & in §. fin. in princ. l. 3. l. fin. de test. t l. i. verb. describatur h. t. & d. auth. offeratur.  
u vide Host. de lib. obla.

Finis

XXIII.

Finis libelli est, ut agentis desiderium proponat **v**,  
judicem & adversariū de specie futuræ litis instruat **x**  
& sit fundamentum judicij. Nam & probationum  
articuli, ad libelli formam accommodandi sunt **y**, &  
sententia secundum eundem ferenda **z**.

**v** *l.i.de postul.* **x** *l.3.C.eod.l.i.b.t.* **y** *l.licet 9.§.16.de probat.* **c.** *significaverunt de testibus.* *Host.* *in rubrica de probat.n.s.* **z** *l.fin.C.de fideic.libert.l.ut fundum com.divi.*

XXIV.

Quare ut rectè ordinetur, ac super certa realia  
fundetur judicium, necesse est, ab actore etiam non  
monito **a**, ultrò libellum offerri **b**, eiusque omissio vi-  
tiat processum **c**.

**a** *Spec.de lib.obla. §.utrum n.4.* **b** *auth. offeratur C.de lit.*  
*cont.* **c** *Spec.praal.loc. §.nunc dicendum n.14. per not. in*  
*c.i.de lib.obl. & in l.prolatam C.de sent. & interloc.omn.iud.*

XXV.

Unde meritò libellus substantialibus judiciorum  
annumeratur **d**. Nam libello existente nullo, proces-  
sus redditur nullus **e**. Quare & judex ineptum respe-  
ctu juris, non factis, aut contra stylum curiæ forma-  
tum **g** ex officio, ne sententia reddatur retro nulla **h**,  
rejicere potest. Si tamen intentio sit apta, sustineri  
libellus debet, etiamsi petitio sit inepta **i**: nam in du-  
bio & quoad fieri potest, sustinendus est **k**, ut inclu-  
dat intentionem libellantis **l**.

**d** *Spec.d l. utrum.* **e** *c.examinata ubi Fel. n. 14.de iud. gl. ad*  
*verb.secundum test.de obligat.c.i.ubi Can.ext.de lib.obla.*  
**f** *Panorm.in c.examinata n.21.de iud.* **g** *Fel.in c.2.de lib.obla.*  
*Guid.Pap.in proœm. decis. vide etiam Tiraqu.in Tr. de pœn.*  
*in pr.n.7.* **h** *Fel.in d.c.examinata n.14.* **i** *Fel.praal.*  
*loc.n.11.* **k** *l.si quis 66.de iud.* **l** *Anch.Consil. 148.ad*

B      pra-

predicān. 6. per Innoc. in c. fin. de lib. obla. Panor. in d. c. exa-  
minata n. 18. Rom. conf. 245.

XXVI.

Adeò ut ex narratis sufficiat resultare jus agendi  
implicitè, ut nostri loquuntur, & id postea in proba-  
tionibus explicitè declarari m: & qualitercunque pos-  
sit commodè interpretari, procedat n: & super parte  
eius apta totus fundandus sit processus, etiam si in  
reliquis sit ineptus o.

m Anch. d. conf. 148. n. 6. n Bal. in l. Polla. n. 7. C. de his quib.  
ut ind. per Inno. in d. c. examinata.

o Bal. in c. 1. n. 4. de mil. vas.

XXVII.

Ad effectum libelli illud pertinet, quod eo com-  
plexa videatur actor confiteri p.

p Panor. d. c. examinata n. 3. 4.

XXVIII.

Utrum autem libellus emendari aut mutari possit,  
etsi variè disputatur q, tamen communis conclusio  
est emendari & declarari ad sententiam usque r, mu-  
tari verò, & substantiam eius corrigi duntaxat ad li-  
tem usque contestam s. Nos utrumque ad sententiam  
definitivam fieri posse defendemus.

q in l. 3. C. de eden. §. si minus Inst. de act. Spec. de concep. lib. §.  
nunc ostendamus. r l. 4. §. fin. de nox. act. l. 4. l. si quo 44.  
de pet. hær. s DD. in d. l. 3. C. eod. Can. in c. inter de fid. in-  
stru. Ias. in §. omnium n. 157. Inst. de act.

XXIX.

His itaque præmissis de edendo videamus, quæ  
propria est huius tituli tractatio. Edere significat ali-  
quid in publicum proferre, enunciare vel profiteri t.  
In hac verò materia edere propriè est copiam descri-  
bendi

bendi adversario facere, seu libello quid complecti,  
cumq; dare describendum adversario aut dictare u.

t l. si sine 22. §. si procurat. & rem rat. hab. l. i. de off. Cons. l. si quis  
6. §. si initium de edend, u l. i. l. 6. §. adiles h. t.

### XXX.

Editio alia est judicialis, alia extrajudicialis vv. Item  
alia libelli, alia instrumentorum, alia rationum, alia  
actorum x. Causa efficiens remota est edictum Præ-  
toris y, quo necessitas editionum imposita & intro-  
ducta est: Propinqua, jussum judicis, qui editionem  
fieri oportere decernit z: aut ex officio Mercenario,  
quando in judicio propter actionem editio postula-  
tur a: aut officio nobili, quando extra iudicium, vel  
fine circumstantia actionis ea est petita b. Causa ~~ad~~  
~~ca~~petitio est petitio partis sine qua iudex editionem  
non decernit c.

vv Immol. in c. i. de probat. x vide gl. Alex. Ias. & DD. in rubr.

C. eod. y l. i. l. 6. §. Prætor. h. t. l. 3. C. eod.

z l. i. in verbis: ad officium iudicis ubi gl. & DD. C. de eden. l. ubi s.  
in verbis decerneretur à Prætore h. t. Ias. in l. quædam n. &

h. t. L. 2. in verbis: is apud quem agitur, iubebit C. eod.

a gl. in l. i. & 2. l. non est novum s. C. eod. b l. i. quem. test aper.  
l. ubi s. ubi gl. ad verba iudicis officium h. t. c Ias. in l. que-  
dam n. & h. t. per leg. si quis 6. §. pertinere h. t.

### XXXI.

Materia sunt omnia instrumenta, quibus actor in  
iudicio usurus est d: libellus, rationes, iudicia, arti-  
culi e.

d l. 6. §. ex hoc edicto h. t.

e l. 2. ubi Ias. n. 2. 3. C. eod.

### XXXII.

Quod ad firmam attinet, olim qui ab argentario  
petebat rationes edi, iuriandum dare cogebatur,  
se non

Se non calumniæ & vexandi argentarij causa petere f:  
sed hoc non multùm hodie usurpatur: in judiciis  
quoque non usquequaque obtinet, cùm aliâs in his  
de calumnia jureturg, & ex dispositione legis talis  
editio facienda sit.

f l. nimis grave C. de test. l. i. C. eod. c. i. de probat.

g l. quasitum §. fin. de peric. & com. rei vend.

XXXIII.

Finis editionis, quæ initio litis fit, est: ut adversa-  
rius instrui possit de futura litis specie h, ac inspecto  
iure actoris, deliberare, utrum contendendum pu-  
tet, annon? Et si putet, ut veniat instructus ad re-  
spondendum i.

h l. i. b. t. l. 3. C. eod.

i d. l. i.



b07

**ULB Halle**  
003 252 035



3

5b.







# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



1592

3